

Augustus Varenius, SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum Professor, Et Universitatis Rostochiensis Rector Exequias Quas ... Dn. Johannes Belovius, Med. D. ... suae Maritae Margaretae Kirchneriae, Matronae laudatissimae. In templo Mar. parat. ad horam 1. pomerid. die 28. Maii Omnia ordinum civibus Academicis solemniter indicit ...

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771257759>

Druck Freier  Zugang



18.

Varenivs, A.
in M. Kirchner,
uxor, J. Below,
Rost. 1652.

100

AVGVSTVS VARENIVS,

SS. Theol. & Phil. D. Hebraico-
rum Professor,

E T



**Universitatis Rostochiensis
RECTOR**

Exequias

Quas

Experientissimus & Excellentissimus

DN. JOHANNES BELOVIUS,

Med. D. celeberrimus. Serenissimi ac Po-
tentissimi Moscorum Imperatoris Perso-
næ. Medicus primarius,

Fidelissimæ ac dilectissimæ sua Maritæ

**MARGARETÆ
KIRCHNERIÆ,**

Matronæ laudatissimæ.

In templo Mar. parat. ad horam i. pomerid. die 28. Maij

*Omnium ordinum civibus Academicis
solemniter indicit.*

Conventus fiet in ade D. Jacobi horā dimid. I.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

Anno M. DC. LII.



I quis ad incomparabilis sapientia Regis,
cui sublimi nomen SCHLOMO, sententiam, qua,
quicquid, intra hoc orbis terrarum punctum in im-
periis, regnis, populis, Regibus, magnificum adoramus,
uicquid ex splendoribus, pompis, aestimamus, quic-
quid mortale vel speramus, vel optamus, vel labora-
mus, VANISSIMAM dicit VANITATEM ET SPIRITUS
AFFLITIONEM c. i. Kohel. v. 2. 14. sententiam suam nolit transcri-
bere, hunc, vel tumulum illius, quod nunc solemnis exequis efferi-
mus, funeris inspicere, vel hoc DOLORIS CASTRUM, quod
VERITAS condidit, meditari, obtestor. Igitur.

*QUIS QVIS. DUBITAS. VIATOR. SISTE. PEDES. AD.
HOS. MANES.*

*HIC. EFFERUNTUR. ILLUSTRES. OLIM. UMBRAE. STA.
VIATOR.*

MARGARETA. BELOVII. EX. PRÆCLARO. KIRCH-
NERIORUM. STEMMATE. NATA. ET. A. JANO. BELOVIO.
MEDICO. SOLEMNITER. DOMUM. DUCTA. COR.
GRATISSIMUM. A QUILIS. ALIMENTUM. AD. THOLUM.
MARITALIS. AMORIS. SANCTA. FIDE. SUSPENDIT.
FOEMINA. CORDATA. ET. INSIGNIS. MAGIS. QUAM.
CORNELIA. GRACCHI. PORTIA. CATONIS. HIPSICHRATA.
MITRIDATIS. QUIPPE. QUAE. CASTISSIMIS. IN. MA-
RITUM. SEMPER. ARDENS. IGNIBUS. EUNDEM. MARI.
TERRA. PER. LIVONOS. ET. RUSSOS. ULTRA. MAGNAM.
NOVOGRADIAM. AD USQUE. MAGNI. MOSCORUM.
CSAR. TOTIUS. RUSSIAE. IMPERATORIS. AMPLISSIMA-
RUM. ET. BELLICOSISSIMARUM. PER. EUROPA M.
ET. ASIAM. NATIONUM. ULTRA. CASAN. ET. ASTRACAN.
DOMINATORIS. SEDEM. IMPERATORIAM. UT. INF-
RACTO. ALIQUANDO. MORBIS. CORPORE. NUNQUAM.
TAMEN. INFRACTA. MENTE. INTER. PERICULA. ET
LABORES. EST. SECUTA. IBIDEMQUE. CUM. MARITO.
QUI. CLARISSIMÆ. IN. ARTE. MEDICA. VIRTUTIS.
THEATRUM. ET. HONORIS. MEDICI. MONUMENTUM.
HA-

HABUIT. DIGNATUS. POTENTISSIMI. CSAR. RUS-
SORUM. PERSONÆ. MEDICUS. ET. FACILE. ΤΩΝ.
ΙΑΤΡΩΝ. ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ. CCCC. ET. PLUS. ULTRA
LEV CIS. A. NATALI. SOLO. REMOTA. PER. TOT. LUSTRA.
VIXIT. GRATA. ET. VENERANDA. OMNIBUS. VEL. LACRY-
MIS. TESTIBUS. AD. ULTIMUM. NATALE. ETSI. LA-
MENTABILE. ROSTOCHIUM. BARBARORUM. GAZIS.
ANTEFERENS. SUÆQUE. RELIGIONIS. LIBERALIUS.
GYMNASIUM. AC. MUNIFICENTIÆ. SPECTACULUM.
ET. FUTURUM. CINERUM. CONDITORIUM. IN. PA-
TRIA. EXTARE. CUPIENS. HILARI. ANIMO. UNA. CUM
INDIVIDUO. MARITO. PER. VARIO. CASUS. PER.
TOT. DISCRIMINA. RERUM. IN. PATRIAM. TETENDIT.
AC. PERAGRATIS. RUSSIS. AC. LIVONIS. XXIII. APR. VENTIS.
A. PUPPE. FERENTIBUS. RIGA. SOLVIT. SED. ECCE.
ARBITRO. BALTI DIS. IMMANES. ATTOLLENTE. IN.
IMPERIOSIORE. ÆQUORE. FLUCTUS. FERALI. NAUSEA.
ET. ARDENTI. FEBRI. CORREPTA. FIDE. TAMEN. NE-
QVAQVAM. EST. FLUCTUATA. NEC. IN. SCOPULOS.
ILLISA. MORTE. ERGO. SE. INSEQVENTE. IN. PRO-
CELLOSO. MARI. JAM. ANIMÆ. SECURA. QVAM.
A. JESU. CHRISTO. QVEM. INDUERAT. NULLA. CREA-
TURA. SEPARARE. POTERAT. EXUVIAS. CORPORIS.
ROSTOCHIUM. AMANDAT. QVIN. IBI. JAM. IN.
SÜMMO. ORE. VERSABATUR. SANCTA. ANIMA. IBI
REQVIETORIO. CONDI. PER. FERALE. OSCULUM.
OBTESTATA. MARITUM. QVOD. AMORIS. ERGA. PA-
TRIAM. MAXIMVM. SIGNVM. EST. NVLLA. TELLVRE.
CREDIDIT. OSSA. SVA. POSSE. MELIUS. ADQVIESCERE.
QVAM. PATRIA. ET. ITA. DVM. FERE. IN. TERRESTRI.
PORTV. PATRIO. NAVIGAT. MENS. PER TRÆSA. JA-
CTATIONVM. MARIS. ANTEVOLAT. ET. COELESTIS.
PATRIÆ. TRIVMFANTIS. SIONIS. ET. VIVENTIS. DEL.
CIVITATIS. ROSÆ. ÆTERNANTIS. XXX. APRIL. CORPVS
VARNOBALTICVM. ROSTOCHII. PORTVM. XXII. MAJI.
INTRAT. OPTVMVS. ERGO. MARITVS. MEMOR. FIDEI.

A 2

AD-

ADFFECTVS QVE. JVGALIS. PRÆTER QVAM. QVOD
IPSVS. IN NAVI. T A. ΒΛΕΦΑΡΑ. CLAVSIT. IPSVS. INTER.
VTRAM QVE. FACEM. CANDIDAM. IN. CANDIDA.
CONDIDIT. IPSVS. COLLOCAVIT. IPSVS. EXANIME.
CORPV. PIENTISSIMÆ. ET. DE. SE. OPTVME. MERITÆ.
CAJÆ. DVM. ASCENDIT. DEV. IN. JVBILO. FVNERARI.
CVRAVIT. IN. MAJORVM. SEPVLRCRO. JVSTO. ORDINE.
VT. QVÆ. NATA. ERAT. MENSE. MARTIO. DENATA.
APRIL. FVNERARE TVR. MENSE. MAJO. DIE. XXIX.
ANNO Margareta BaLte DisCefsIt. HAVE. LECTOR.
ET. VIVE. CRESCE. VALE.

Ita ergo
brevis est mensura sepulcri.

Stat sua cuiq; dies: non est remeabilis ulli
& nulli tamen est non ineunda via.

Fata petunt omnes: omnes expectat avarus
portitor, & stygiæ sunt rata pensa, colus.

Sic ludit in rebus humanis magnus ille architectus! Sic prudens futuri
temporis exitum caliginosa nocte premit Deus! sic nostras mortalium
spes suo arbitratu antevertit, ita tamen ut se diligentibus, *omnia operetur*
in bonum, & terrestrem intendentem patriam, cœlestem pandat per mirabile
compendium. Ad te nunc nostra se convertit oratio, Nobilis, Experien-
tissime, & Excellentissime DN. D. BELOVI, SERENISSIMI MO-
SCORUM IMPERATORIS PERSONÆ MEDICE. PRIMARIE.
Quod inopinatum hoc & acerbum *FIDELISSIMÆ* tuæ conjugis pa-
riter ac comitis a latere, in horrido Boreæ, Baltidisq; furore ac turbine
tibi surreptæ, funus effusissimis condas lacrimis, id ne perseverorum qui-
dem ac rigidorum Stoicorum *ωδεοξωτην* inviderit duritia: *Inhu-
manitas est ista*, verba sunt Sapientissimi Stoicorum l. 16. ep. 100. non
virtus, funera suorum bisdem oculis, quibus ipsos, videre, nec commoveri ad
primam familiarium divisionem. Sapienti vero etiam permisæ cadunt la-
crysma, & naturalis exprimit necessitas. Sæpe salvâ Sapientis Autoritate
fluxerunt lacryma, tanto temperamento, ut illis nec humanitas, nec dignitas
deesset. Et habes hujus exemplum, Patrem credentium, cui & fletum-
& insignem planctum in effæto suæ SARÆ funere, Spiritus S. tribuit
Gen. 23. 2. Levabunt tamen, & ad temperantiam revocabunt illas
abun-

abundantissimas tuas lacrimas, Paterna πλυνθάγχου καὶ οικτίρμων
Dei, θεοῖς, qui in hoc ipso funere benevolum tibi se ostendit patrem:
non tremendum vindicem: componet tumultus interioris luctus, &
beatissimus in præsens & absolutissimus in futurum vitæ immortalis, ac
Resurrectionis gloriose status, & vel hoc ipsum tempus, quo, inter
currum triumfalium myriades, ascende DEO in jubilo, & Domino in voce
tubæ, Mors, Diabolus, totusq; ille Acherontis principatus exutus JESU
CHRISTI morte, ostentata & ev παρηγόντα catenatus in triumphum du-
citur s. Θεραπεύεται Col. 2: 15, æterno firmamento futuræ nostræ &
resurrectionis & triumphi in cœlis: Sed & præclaræ, illius, quam præmisisti,
recordationes luctum illum tuum, temperare poterunt. Evidem,
ἐγκωμιάζεις τὸν γνῶντα δημοσίᾳ νῷ μὲν τελετὴν τῶν ἐπέινων
ἀποδίδοντας αὐτοῖς insolens per 4. ferè secula ad Gallorum usq;
barbariem Romæ fuit: at non item in Republ. Israelis, nec postea Ro-
manis, nec Christianis, paribus, & tua certè id meretur, magis
quam vel Semiramis ob obeliscos, & pyramidas: vel *Livie*, *Cleopatrae*,
Messaline, *Agrippinae*, ob inusitatæ in gladiatores, ludos, theatra, prodi-
galitares. Gratulæ tibi, quod piissimis, honestissimis, & Clarissimis
ortam natalibus conjugem habueris, natam, Anno c. 16. Ic III.
d. 15. MART. Patre Integerimo Viro DN. NICOLAO KIRCHNERO,
Reip. Rost. XVI. Viro & Mercatore florentissimo, Matre autem pudicissimâ,
omnibusq; Matronalibus virtutibus ornatisimâ ANNA Gusebiers/ Avo pa-
terno, MARTINO KIRCHNERO, Mercatore hujus Municipij inte-
gerrimo: Aviā paternâ ANNA Duncers / ex celebratâ familiâ. Avo ma-
terno Amplissimo Viro DN. HENRICO Gusebier/ Senatore hujus Reip.
prudentissimo & primario: Aviā maternâ ANNÆ Nettelblades/ experve-
rusto stemmate &c. Gratulare quod habueris natam in hoc longè ul-
tra Tropicos celebratissimo Roseto Balthico: locus hic esset de stemma-
te computando prolixius dicere: nisi ipsius defunctæ virtus, quæ exillis,
quæ in potestate nostrâ nec sunt, nec fuerunt: sed in fortunæ vulgo fe-
runtur arbitrio, laudem sibi fenerari non indiget, hanc necessitatem ex-
cluderet: illis ergo insuperhabitatis, uti & illis.

qui jaclant veteri ductas ab origine teras
quosq; canunt factus non imitantur avos

Clara quidem titulus: sed non virtute proprio
noscere vos pudeat, qui genuere patres.

gratulare tibi, Vir celeberrime, quod eandem solicita pientissimorum
parentum providentia, magnâ pietatis & illibatae pudicitiae, aliarumq;
quæ virginitatis attollunt gloriam, laude, domi φίλη τοῦ πατέρες
eductam, cum cestu anno 1628. 16. Septemb. domum duxeris, & abinde
novâve canticis την πάτερνην εργάνων, παντὸς βιου sine consulta Viri
placâ habueris, ut de Te **C A F O**, tuaq; **C A F A** dici potuerit illud, Ovidij.

Hi duo corporibus, mentibus unus erant.

Velle ac nolle ambobus idem

vel illud Aufonij: Uxor vivamus, quod viximus, & teneamus
nomina, que primo sum simus in thalamo.

Nec ferat ulla dies, ut commutemur in aet
qui tibi sim juvenis, tuq; puella mihi.

vel illud Martial. Candida perpetuo reside concordia lecto.

Gratulare, quod Conjugium non fuerit sine prole: sed quod vivat Sancta Mater in una licet, decoratissimâ tamen sobole & florentissimâ Virtutibus Virgine. Ornamentum sexus foeminei, Sanctissimus Spiritus ponit
non in cincinnis, vel auro, vel margaritus, vel pretioso vestitu: sed in Gece Beata,
Verecundia, amictu honesto τωφεούν & operibus bonis 1. Tim. 2. 9. Hic
scilicet verus est mundus muliebris pretiosus in conspectu Dei, quo olim & san-
cta illæ mulieres, que sperabant in Deum sese ornabant 1. Pet. 3. 4. 5. Talis in
V.T. celebratur Sara, Rebecea, Rachel: talis in Novo codice Lyddæa.
Tabita f. Dorcas illa, quæ dicitur dives suis operum bonorum & eleemosynarum,
quas præstabat: unde illam mortuam circumstabant omnes viduae,
discipuli, docti, indocti, flentes, & ostendentes Petro tunicas & vestimenta,
quæ Dorcas, cum una cum ipsis esset fecerat. Act. 9. 36. 39. quibus sanctissi-
mis nominaibus tuam quoq; Dorcadem adscribendam esse testatur præter
Rostochium, tota Livonia, & Russia; quæ nunc inter calidas lacrymas ab-
sentis quoq; & mortuæ, ostentat tunicas, & amicula, quibus tuæ Dorcadæ
in ipsâ barbarie constat immortalis memoria & gloria. Hic tibi tuæq;
vere gratulari potes. Sive enim pietas ejus dicenda, quæ majori devo-
tione Deum foemina coluerit? quæ ad sacra concitatio festinaverit?
cuj⁹ ædes mane, vesperi, magis hymnis & cantionib⁹ sacris personuerint?
adeo ut ipsi Paul⁹ cui epitaphium scripsit Hieronim⁹ dubiam palmam reli-
querit.

querit. Quia hæc ipsa Pietas, ut frequentior esset, pedib^o alas: menti flami-
mas apposuit novissimi hujus itineris, in quo id obtinuit, quod desideravit
sc. Liberrimum Pietatis exercitium, & continuum Sanctitatis Gymnasium, quod
extra cœlum frustra quæritur. Si autem magnitudo animi in ipso mor-
bido corpore commendanda, superavit Melaniam: quæ enim in tot
morbis, in tot periculis, adversa non magno semper animo sine impatiens
vocabulo tulit? *Liberalitatem* vero ejus & *munificentiam* testantur in
ipsa peregrinâ & remota Moscovia viduæ, orphani, & orthodoxi do-
ctrinæ purioris, quæ bis saltē singulis ibi resonabat septimanis, ministri,
amiciti, enutriti, donati. *Humanitatem* deniq; ejus ne ipsa quidem barbaries
ignorat: affabilis, & sine prælatura apud minimos ac æquales. His omni-
bus, si *clausulam mortalis vite* adjicias, amplam habebis tibi tuæq; *MAR-*
GARETÆ gratulandi materiam. Solvit Rigâ 23. Apil. cum jubileo:
pleuritide, ardentiq; febri corripitur. Mirum? novit ipsa hæc esse mor-
tis prænuncia. *In turbine moriba est: in mari:* quid interest? tota nostra
vita tempestas est: *JESUS CHRISTUS* etiam in navi est, in mari est,
etiam cum dormit. Non applicari potuerunt Hippocratica. Ergone est
in Medico, semper relevetur ut æger? *Gratulare*, quod supremis ejus ipsis
interfueris, quod novissimam vocem morientis, Te, communemq; filiam
patriam, cognatos, benedictione, & novissimo HAVE ac VALE do-
nantis ipsis exceperis, qvod inter ardenterissimas ac sanctissimas, exuto
jamdudum mente mundo, & induito mortis contemtu, supplicationes,
& animæ in manus *RED EMT ORIS JESU CHRISTI* commenda-
tiones 30. April. hor. 3. mat. post novissimam vocem: *CONSUMATUM*
E ST, sanctum illum cœloq; cretum Spiritum, sine sensu dolorum mor-
bis, placide exspirantem, atq; ita circa Solem orientem, ei qui *pervisera*
misericordia Dei nostri apparuit nobis oriens ex alto, reddentem, jam sub-
ductis pupillis atq; oculis in morte natantibus atrâ in complexu tuo
habueris, condideris, collocaveris. Age ergo dic cū Davide: *BENEDICTUS*
SIT DOMINUS QUOTIDIE. ET DOMINUS DEDIT. DOMINUS
ABSTULIT. Vivit nunc *MARGARETA* tua, gloriæ secura, ab ægri-
tudinibus libera, ubi festivitas sine fine, æternitas sine labe, serenitas sine
nube est. Hic est domus Dei & porta cœli: justi intrabunt & exulta-
bunt in eâ. Vos, omnium ordinum Cives Academicci, adhortor, ut vestrâ præ-
sentia funus hodie circa horam i. efferendum cohonestus: multæ id rationes po-
stulant: & ingratum esset Rosetum, si Tacito funere conderet, quæ ut hic con-
deretur

deretur, mare vagum iter ac mortem subiit. Igitur solemniter indico:
OPTUMÆ MATRONÆ EXSEQUIAS USQVE AD SEPUL-
CRUM FREQUENTATE, ET VOS ILLAM ORDINE, QVO
NATURA PERMISERIT, SECUTIROS MECUM MEMENTOTE.

P.P. Rostochij sub sigillo Univers.

28. Maii Anno 1652.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn771257759/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771257759/phys_0016)



abundantissimas tuas lacrimas, Paterna παλινάρχου
 Dei, Σιδωνία, qui in hoc ipso funere benevolum tibi se
 non tremendum vindicem : componet tumultus inter
 beatissimus in præsens & absolutissimus in futurum vita
 Resurrectionis gloriose status, & vel hoc ipsum tem
 curuum triumphalium myriades, ascende DEO in jubilo,
 tubæ, Mors, Diabolus, totusq; ille Acherontis principat
 CHRISTI morte, ostentatur & ē παρηγόρια catenatus
 citur s. Θεομβένετα Col. 2: 15, eterno firmamento
 resurrectionis & triumphi in cœli : Sed & præclaræ, illius, q
 recordationes luctum illum tuum, temperare poter
 ē, κακιάζεις τὴν γνῶντα δημοσίᾳ νῦν μὲν τελε
 στοιδόνας ἀπυλεῖς insolens per 4. fere secula ad
 barbariem Romæ fuit: at non item in Republ. Israelis
 manis, nec Christianis, paribus, & tua certè id
 quam vel Semiramis ob obeliscos, & pyramidas: vel
 Messalimæ, Agrippinæ, ob inusitatas in gladiatores, ludos
 galitates. Gratulaze tibi, quod piissimis, honestissim
 ortam natalibus conjugem habueris, natam,
 d. 15. MART. Patre Integerrimo Viro DN. NICOLAO
 Reip. Rosf. XVI. Viro & Mercatore florentissimo, Matre a
 omnibusq; Matronalibus virtutibus ornatisimâ ANNA G
 eterno, MARTINO KIRCHNERO, Mercatore huiu
 gerrimo: Aviâ paternâ ANNA Duncers / ex celebratâ
 terno Amplissimo Viro DN. HENRICO Gusebier / Se
 prudenterissimo & primario: Aviâ maternâ ANNA Nette
 tusto stemmate &c. Gratulare quod habueris natam
 tra Tropicos celebratissimo Roseto Balthico: locus hi
 te computando prolixius dicere: nisi ipsius defunctæ
 quæ in potestate nostrâ nec sunt, nec fuerunt: sed in
 runt arbitrio, laudem sibi fenerari non indiger, han
 cluderet: illis ergo insuperhabitâs, uti & illis.
 qui jaclant veteri ductas ab origine teris
 quosq; canunt factis non imitantur avos

A 3



the scale towards document